Encounter Latin

Augury Is for the Birds

Mārcus dē Avibus Discit

Emma Vanderpool
Introduction by Robert Patrick
Illustrations by Lydia Koller

Bolchazy-Carducci Publishers, Inc.
Wauconda, Illinois USA

Editor: Amelia Wallace
Introduction: Robert Patrick
Illustrations: Lydia Koller
Design & Layout: Adam Phillip Velez
Cover Illustration: Corinthian *aryballos* in the shape of an owl, c. 630 BCE, Staatliche Antikensammlungen, Munich (© Creative Commons Attribution-Share Alike 2.0/Carole Raddato)

Augury Is for the Birds
Mārcus dē Avibus Discit

Emma Vanderpool

© 2020 Bolchazy-Carducci Publishers, Inc.
All rights reserved.

Bolchazy-Carducci Publishers, Inc.
1000 Brown Street
Wauconda, Illinois 60084
www.bolchazy.com

Printed in the United States of America
2024
by Publishers' Graphics

ISBN 978-0-86516-875-6

Library of Congress Control Number: 2020949489

Contents

	Preface	vii
	Introduction	ix
	Vocabulary Tree	xix
	Persōnae	xxi
I.	**Pater Bonus Sum**	1
II.	**Fīlius Callidus Sum**	9
III.	**Oscinēs**	17
IV.	**Ālitēs**	25
V.	**Ā Dextrā, Ā Sinistrā**	31
VI.	**Fābula Augurum**	35
	Grammatica	41
	Further Reading	45
	Latin-to-English Glossary	47

Persōnae

Ecce! In pictūrā est Lūcius.

Augur est. Caelum spectat. Avēs numerat.

Magister Mārcī est.

Amīcus Titī est.

Ecce! In pictūrā est Mārcus.

Fīlius mīlitis Titī est.

Discipulus auguris Lūciī est.

Augur esse nōn vult, sed mīles.

Ecce! In pictūrā est Titus.

Mīles est. In bellō pugnat.

Pater Mārcī est.

Fīlium, Mārcum, augurem esse vult.



I.
Pater Bonus Sum

Mihi nōmen est Titus.

Haec est mea fābula. Sum mīles bonus, *quī* in bellō pugnō et hostēs multōs necō. Etiam sum pater bonus, quī fīlium bonum habeō.

Multae nūbēs in caelō sunt. Bonus diēs est.

Ecce! Sub arbore puer et vir sunt.

Puer quī sub arbore stat meus bonus fīlius, Mārcus, est.

"Salvē, Mārce!" clāmō et rīdeō. "Salvē, mī fīlī!"

Mārcus nōn respondet. Mārcus, discipulus bonus, caelum spectat.

---

quī: who . . .

Vir *quī* sub arbore stat Lūcius est.

"Salvē, Lūcī!" clāmō.

"Salvē, Tite!" Lūcius magnā vōce respondet.

Lūcius bonus vir et augur callidus est. Lūcius magister Mārcī est quod volō Mārcum augurem esse. Quī sunt augurēs? Augurēs caelum spectant et avēs numerant. Augurēs *auspicia referunt*. Auspicia signa deōrum sunt. Augurēs optimī interpretēs deī Iovis sunt.

Deī signa auguribus mittunt. Avēs signa deōrum sunt quod avēs *nūminī pārent*. Nūmen est id quod deī volunt. Avēs tum in hāc parte, tum in illā parte volant. Avēs *hūc* tum *illūc* volant. Augurēs avēs a dextrā parte tum ā sinistrā parte *volantēs* spectant et auspicia referunt. Auspicia referre et nūmen deōrum intellegere est *maximī mōmentī* Rōmānīs.

---

quī: who . . .
auspicia referunt: (they) report omens
nūminī pārent: (they) obey the divine will
hūc tum illūc: (to) here . . . (to) there, hither . . . thither
volantēs: flying (describes *avēs*)
maximī mōmentī: of greatest importance

Avēs auspicia adversa et secunda faciunt. Augurēs *auspicia* imperātōribus *referunt*. Imperātōrēs contrā hostēs multōs pugnant. Imperātōrēs *quī nūminī pārent* callidī sunt: suōs mīlitēs servant. Imperātōrēs quī nūminī nōn pārent suōs mīlitēs necant.

Mārcus nōn nūbēs in caelō sed avēs per caelum *volantēs* spectat. Mārcus avēs tum in hāc parte tum in illā parte volantēs spectat. Mārcus avēs in arboribus *canentēs* audit.

Volō fīlium meum Mārcum augurem esse quod interpretēs Iovis virī nōtī sunt. Volō fīlium meum virum nōtum esse. Fīlium meum et eius magistrum caelum *spectantēs* spectō.

---

auspicia . . . referunt: (they) report omens
quī: who . . .
nūminī pārent: (they) obey the divine will
volantēs: flying (describes *avēs*)
canentēs: singing (describes *avēs*)
spectantēs: watching (describes *fīlium . . . et . . . magistrum*)